



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

V. Quam vehemens & periculosa sit passio amoris, & quantopere es  
axtimenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

sunt studiosi, non quidem quod ad id tenentur, aut scrupulis agantur, sed ex mera deuotione, & singulari erga sanctissimū Sacramentum reuerentia. Tanta quippe in hoc puritate procedendum est, vt se etiam de eo quod culpa non est, hominem in hac materia accusare debere viri spirituales consulant: v. g. Accuso me, Pater, quod ad obscena fuerim tentatus. & si negligētem in ijs repellendis fuisse te credas, ipsum indicare debes, dicens, Videor mihi aliqualem in iis admittendis vel repellendis negligentiam prætulisse, etsi non nisi leuissimam, & venialissimam. Et sane vt plurimū aliqua in iis subest culpa vel negligentia, eo quod tenaces & viscosæ sint. Verum tamē esto nulla prorsus in eo culpa tua interuenisse videatur, dicere nihilominus potes, Accuso me, quod multas in honestas cogitationes ac tentationes habuerim; addendo, quamquam, Deo dante, fecisse videor quod à parte mea mihi faciendum incumbat, nullamque in eo culpam meam extitisse. Sicut etiam consulit, vt hoc se quis modo de blasphemis contra Deum, & sanctos, & fidem occurrentibus cogitationibus accuset; necnō de iis quæ minoris momenti sunt: qualia sunt ea quæ in somniis eueniunt, in quibus nulla interuenit culpa: quia sine voluntate & libero arbitrio nulla potest esse culpa. Nihilominus salutare consilium est, vt illusionē hanc nocturnam homo confiteatur, ob eamque se humiliet: quāuis id de necessitate non sit, cum nullam eius dederit causam, nec ullam in eo culpam admiserit. Atque ita solent ii qui timent & amant, se ante ei per horum confessionem reconciliare, quam cōmunicent, idque ex magna erga tam diuinum Sacramentum reuerentia. Quærent quin etiam hoc loco Theologi, num propterea sit omittenda communio? docentque, decentius ac reuerentiæ maioris fore, in aliū diem ipsam differre, nisi particularis aliqua ratio secus faciendum suadeat, vt in Religioso tum vsu venit, quando vniuersa communitas communicat: qui si tunc cum aliis sacram communionem non adiret, notaretur. At, posito iam illi communionis ad eundem fa-

cultatem factam esse, optimum est, si ante positum consilium sequatur.

CAPVT V.

Quam vehemens & periculosa sit passio amoris, & quantopere ea extimenda.

In iis quæ maxime timenda sunt, non potestremum locum tenet passio amoris: nā, quoniam est passionum primaria & vehementissima, hinc etiam est ad regendum refrænandumque difficilis: itaque maiori in periculo versamur, ne ab ea præcipites abripiamur. Egregiè passionis huiusvim ac vehementiam declarat S. August. quamque merito hominibus ea timenda sit: idque duobus è sacra Scriptura depromptis exemplis, Primū est primigenii parentis nostri Adam: Percontatur ergo S. Doctor, quid causæ sit, quod Adam voci vxoris suæ obedierit, Dei que præceptū violando, ex arbore vetita comederit? Anne, fuit Adam fere credens se, si de fructu illo comederet, sicuti Deum fore, quemadmodum Euæ serpens promiserat? Verisimile, inquit, non videtur Adamum, qui tam eminenti donatus à Deo erat sapientia, decipi potuisse, vt huiusmodi quid sibi persuaderet. Vnde Apostolus: Adam non est seductus, mulier autē seducta in prauaricatione fuit. Quocirca notat curioso S. August. Euam dum à Deo rogaretur, Quare hoc fecisti? respondisse, Serpens decepsit me & comedi. Adamū vero dum rogaretur, non respondisse, Mulier quæ dedisti mihi, me seduxit, itaque comedi, Sed, Mulier quæ dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno & comedi. Tanto scilicet erga vxorem suam amore & affectu ferebatur, vt, ne eam morore afficeret, postulatis eius morem gesserit. Hoc igitur modo Adami illusio & seductio contigit, Amor scilicet eum decepit. Idque, non quod à sensualitate & carnis concupiscentia illectus & victus esset, ait S. Augustinus (quia tunc illa in ipso rebellio non fuit) sed ab amore & beneuolentia amicabili, ob quam interdum, quo amico placeamus, Deo displicemus.

Lib. 11. super Gen. ad litter. c. 42.

2. Tim. 2. 14.

Gen. 3. 12.

Adam amore in Euam seductus est, & Salomon.



plicemus. Adeo ut per hancianuam peccatum intrarit, & cum eo mors, atq; ad omnia mala omnia, labores, & ærumnæ. Secundū exemplum est Salomonis. Quis, inquit Augustinus eo stuporis & dementiæ Salomonem compulit, ut idololatra tandem factus sit? Neque enim credendū est, virum tantam à Deo sapientiam acceperat, sibi persuasisse aliquam idolis illis diuinitatem aut numen inesse, aut vllum ab eorum cultu emolumentum colentibus posse provenire. Quid causæ fuit, eo cœcitatæ & amentiæ ut venerit, ut eadem adoraret, incensumq; supplex iis adoleret? Amor, atque hoc expresse nobis declarat Scriptura diuina, dū de eo scribit: *Adam aut mulieres alienigenas multas de gentibus super quibus dixit Dominus filius Israel, nō ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra, ut sequamini Deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore: cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.* Quia enim Salomon huic Dei mandato non paruit, hinc illi factum quod Deus præmonuerat. cū enim quampiam de illis mulieribus adameret, mox idolo quod ipsa colebat, sanum ædificabat; accepta rursus alia, & eius idolo delubrum construebat; atq; ita factum cæteris. Illæ autem in his Deos suos adorabant, quib. Salomon tameri tanta grauitate & sapientia Rex, turpiter ancillatus, vna cum ipsis falsa hæc numina colebat, incensumque adolebat. Non quod, ait Augustinus, quid in illis adorandum colendumq; crederet, sed amore excæcatus & victus, ne videlicet suas delicias, quib. deperibat atq; disfluabat, contristaret, utq; placeret iis, quæ ipsi tantopere placebant. Amor scilicet cor eius peruertit. Hac de causa sancti Patres, & vitæ spiritualis magistri, consulant & monent, ut ab hac passione, & omnib. occasionibus quæ huc nos pellicere possunt, remis velisq; fugiamus: & licet amor hic videatur bonus, & non nisi erga homines singulari virtute & sanctitate præditos feratur, adhæc conuersatio tractatioq; de rebus bonis sit & spiritualib.

ipsi quoque quibuscum agitur, multum de tali commercio sese in spiritu proficere & iuuari credant: nihilominus in agnam circumspeditionem & cautelam habeamus. Etenim cōmunis Sanctorum Patrum doctrina est, quam etiam adfert Bonauentura, Amorem spiritualem facili negotio solere degenerare & adulterari, atq; è spirituali in carnalem & sensualem transire, ac licet in principio purum vinum sit; postea ei aquam misceri, quodq; initio balsamum erat, aliorum vilium inferiorisque notæ liquorū immistione vitari, iuxta illud Isaacus *Vinum tuum mixtum est aqua:* Imo veto hoc esse medium & cetera tolet, qua ad hominem seducendum, eumque paulatim, quocumque lubuerit, abijciendum caco-dæmon vti solet.

Vnde S. Bonauentura, dæmonem perinde hic facere ait, atq; olim Architiellus ille in Cana Galilæa, qui sub conuiuij initium bonum lapidumque vini propinans, postea dedit quod deterius erat, Principio liquidem iis persuadet, omnia non nisi ad deo uocationem tendere, spiritui iuuando mirum in modum conducere, æque hac conuersatione familiaritateq; ut misisco proficiant, posteaquam vero eos ad nutum flexibiles ac minime renitentes reddidit, ac velut arhis acceptis penitus sibi videtur esse secreta, tum de mum virus suum detegit ac manifestat. Illud primum fuit velut cetera, ad eos in rete suam pertrahendos accommodata. Neq; vero dæmonem, ait Bonauentura, piget rædetur, escam hanc, quæ bona videatur, multo cuiuspiam tēpore proponere: omne quippe tempus optime illis insumptum videtur, nempe, ut amor spiritualis tandem in carnalem ac sensualem degeneret. Quam multi, ait Bonauentura, cum aliis sub prætextu spiritus, familiaritatem & amicitiam contraxerunt, rati eam omnem non nisi à Deo & spiritualem esse, & animabus suis perutilē futuram (& forte in principio talis erat) & postea amore illo paulatim in malum degenerante, inepta & impertinentia quædam colloquia miscere, ac res leuiculas & ridiculas tractare inceperunt, eumque spiritu caperint, carne consumantur.

Refert

3. Reg. 11.

*3. Reg. 11. Adam aut mulieres alienigenas multas de gentibus super quibus dixit Dominus filius Israel, nō ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra, ut sequamini Deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore: cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.*



CAPVT VI.

Aliquot suggeruntur contra tentationes inhonestas remedia.

SEcunda parte, tractatu quarto, qui est de tentationibus, quaedam aduersus hasce tentationes remedia producimur, nonnulla vero in hunc locum, referuauimus, de quibus iam erit in praesens tractandi locus. Primo quidem Oratio inter omnia, quae à diuina Scriptura & sanctis Patribus, contra omnigeras tentationes suggeruntur media, facile princeps est. Hoc nos ipsemet Christus in Euangelio docet, dicens. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem* Vnde V. Beda, sicut, inquit, fur dum clamorem audit, fugit, omnesque eo exciti exsurgunt & ad auxiliandum accurrunt: pari modo orationis clamor diabolum fugat, Angelosque & Sanctos omnes excitat, ut ad auxiliandum nobis & opiulandum accurrant. Sic S. Bernardus fertur, cum impudica quaedam castitatis praedatrix sibi immineret, alta voce clamasse, latrones, latrones, atq; hoc clamore foeminam à se abegisse Si ergo ad hominem clamorem & voces fur effugatur, quanto magis, fur ille veteranus, ac veterator, qui spirituales animae nostrae diuitias furari procurat, ad clamores & voces quas ad Deum & caelites extollimus, fugam inibit?

Singularissimum porro aduersus has tentationes & optimum remedium est, seria attentaque, passionis Christi recogitatio, inque eius vulneribus absconsio. Quocirca praclare S. Augustinus: *Nullum, ait, tam potens est, & tam efficax medicamentum contra ardorem libidinis, sicut Mortis Redemptorū mei memoria. In omnibus rebus non inueni tam efficax remedium quam vulnera Christi: in illis dormio securus, & requiesco intrepidus.* Vnde etiam Doctor quidam

Contra carnis tentationes Remedium 1. Oratio.

Mat. 28. 41.

2. Memoria passionis Christi.

in Manuali c. 32.

R quidam

Refert Gerson, cum insignis quidam Dei seruus, praclaris tum doctrina, tum virtutis ornamentis conspicuus, cum religiosa quadam itidem Dei ancilla, sancte deque rebus ad animae ipsius salutem spectantibus id. itidem ageret, pualacim vna cum conuersatione & assiduo commercio, amorem & effectum eius erga illam creuisse, sed non in domino, adeo vt seis continere non posset, quia illam sapius inuisum abiret: multoq; cum eadem tempore colloqueretur, ab ea vero cum abesset, non poterat non alii iue de ipsa cogitare. Nihilominus bonus hic vir adeo excutebat, nullum vt sibi in hoc commercio malum, nulla diaboli illusio, latere videretur. Dicebat enim nullam omnino sibi rei illicitae hinc cogitationem oboriri. Quo excusationis genere nō pauci excusari & in fraudem pellici solent. Hae ille ita faciebat vsq; dum certa quadam occasione se offerente, longum quoddam iter intrare coactus est: ac tum demum in discessu ab illa seruus hic Dei percepit, amorem hunc nec purum, nec castum, fuisse, ac nisi per hanc professionem & absentiam peccandi sibi occasionem Deus eripisset, haud procul se à ruina & praesenti exitio fuisse. Vnde eo loco Gerson, de ingenti, quod in hoc amore latet, periculo & illusionem agens, ait, Non quidquid respundet aurum est, nec caritas, omne id quod caritas esse videtur. Virumque quendam sanctissimum dixisse tradit, nihil esse, quod aut magis timeret, aut suspectius sibi esset, quam amorem, esto is etiam erga multae virtutis & sanctitatis homines feratur, & ad hoc adfert illud Salomonis *Est via qua videtur homini recta, nouissima eius ducunt ad mortem & interitum*, Fallis, inquit, via hae amoris esse solet.

(?)

Rodriguez exercitij p. 31